





12

MARTIS
CVM
MERCVRIO

CONIUNCTIONEM
VSIBVS PRACTICIS
COMMENDAT




PRAESES
PETRVS IMMANVEL HARTMANN,

MEDICINAE DOCTOR,
ACADEMIARVMQVE CAESARAEAE NATVRAE CVRIOSORVM,
ET ELECTORALIS MOGVNTINO-ERFVRTENSIS SCIENTIARVM
VTILIVM SODALIS,

RESPONDENTE
CHRISTIANO EBERHARDO LOT,
WITMVNDA - FRISONE ORIENTALI.



D. XVIII. DECEMBR. A. R. S. MDCCCLIX



HALAE MAGDEBVRGICAE,
E TYPOGRAPHEO VESTERIANO.

M A R T I S

C V M

M E R C V R I O

CONVICTIONEM

V S I R V S P R A C T I C I S

COMMITTAT

P R A E S E S

P E T R V S I M M A N V E L H A R T M A N N

M E D I C I N A E D O C T O R

A C A D E M I A E C A S A R E A E N A P O L I T A N A E P U B L I C A E

E T A M P H I S T O R I A E N O B I I T A T I S S C I E N T I A R U M


V I C I N I A E S O N N A E

P R E S O N D E N T E

C H R I S T I A N O F R I E D R I C H O D O T T O

W I T T E N S I D I C I T

1773



R A T I O N E M C U R V A T A M

E T P R O P R I A M A N T H O P H I T A T I O N E M





EXERCITATIO MEDICA PRACTICA

DE

MARTIS CVM MERCVRIO

CONIUNCTIONE

VSIBVS MEDICIS OPPORTVNA.

PRAEFATIVNCVLA.



Leuidensē nunc vobis offero munusculum, crasso filo, lectores optimi! qui modo locupletius elaboratusque, et vobis dignius, quo vos honorarem, medidatus sum donum. Sed infinitarum occupationum agmen, quod in dies tot nexibus et tot quasi catenis maius extenditur, vt saepenumero vix libere respirare queam, effecit voluitque, detraherem aliquid huic opusculo, per alternas tantummodo dimidiaē hebdomadis noctes elucubrando, illudque insigniter circumciderem atque amputarem. Quin etiam hoc ipsum, quantulumcunque est, laboris in aliud oppor-

A 2

tu-

P R A E F A T I V N C Y L A .

tunius liberiusque distuliffem tempus, nisi vir optimus atque integerrimus, meique amantiffimus, qui has pagellas publice disceptabit, iamque, summam medicorum dignitatem antea summe proxime capessurus, abitum parat, sarcinasque colligit, promiffi, quod hac super re ipsi feceram, fidem vrgeret, amicitiaeque nostrae mutuae pignus aliquod postularet. Accinxi ergo me ad hoc opusculum, eidemque ex actiuosa medicinae parte selegi materiae, quam strictim tractarem, quidquam, eo gratius, nisi fallor, vobis, aequi beneuolique lectores, futurum, quo minus vulgaris est atque cognita, quam nunc de meliori commendatam dabo, binorum medicamentorum, ceteroqui notiffimorum, vnio commixtioque. Cauete vero, longam ratiociniorum iam expectetis seriem, qua propositorum remediorum vtilitas demonstretur vindiceturque, plus otii opportunitatisque postulantem. Alii enim has qualescunque vindicias referuaturus occasione, in praesentia temporis simplici tantum planaque, et ad experientiam limata, haec omnia tradam oratione, *primoque* mercurialium martialiumque remediorum diuersam, cuius ipse periculum feci, coniunctionem, *dein* varios, quos eadem expugnauit medicina, corporis humani adfectus curatiffime recensero. Deus qualescunque hos conatus benigniffime secundet.

CA-



CAPVT PRIMVM

DE

VARIA MARTIS CVM MERCVRIO CONIVNCTIONE.



§. I.

Mercurialium ad vsus medicos accommodatio.

Superuacaneus profecto, nauseamque lectoribus moturus, esset labor, copioso hic expedire sermone, ex omni apparatu medicamentario, cuius nostra patrumque memoria increbuit vsus, nihil fere esse peruulgatius, nihilque communi plurimorum medicorum adfensu com-

A 3

men-

mendabilius ipsis illis medicamentis, quae ex *hydrargyro* conficiuntur (1). Quod

- - si concedere nolis

Multa medentum conueniet manus, auxilio quae

Sit mihi - - - et ueluti te

Iudaeum cogemus in hanc concedere turbam a).

Verum enim vero medici, mercurium sua sponte, nulloque sodalitia iunctum, aegerrime intimos corporis humani recessus peruadere, experientia edocti, varias insuper aliorum corporum moleculas diuerso coniunxerunt artificio, et modo arctius, modo laxius, attexuerunt, a quorum connubio facillior eisdem in minora vascula red-

a) HORATIUS in sermonum Libr. I. Satyr. IV. vers. 140.

(1) Quin ipse vir ceteroquorum, Ioannis Ernesti HEBEN-
summus celeberrimusque, dum vi-
ueret, in medicos vero et, quae
ipfi tractant, remedia iusto acrior ini-
quiorque insectator, de MAUPER-
TVIS, in *Lettres*, Dresdae 1708, em-
missis, pag. 124. seq. amplissi-
mam mercurii in corpore humano
efficacitatem agnouit, cetera, quae-
cunque supersunt, excepto adhuc
opio atque Peruviano cortice, suis
laudibus defraudans medicamenta.
Si quis autem eorum, quae supra
adseruimus, uberiorem legisse vo-
luerit demonstrationem, ablegan-
dus est ad celeberrimorum viro-
rum, Ioannis Ernesti HEBEN-
STREIT *Dissertat. de usu hydrar-
gyri ad mentem recentiorum*, Li-
psiae, 1708, Caroli Fri-
derici HUNDERTMARK *Dissert.
de mercurii vini et cum salibus var-
ie mixti summa in corpus huma-
num vi atque efficacitate, eiusque
cum sulphure laxius vel arctius
coniuncti virtute in idem nulla*,
ibidem 1708, et Christiani
Xauerii WABST *Tentamen physico-
chymicum de hydrargyro*, Vin-
dobonae, eodem anno emissum;
apud quos etiam plures huius rei
scriptores excitati deprehenduntur.

redderetur ingressus, efficacitasque, hac ceteroqui lege eminentissima, tanquam a cote, insigniter exaceretur.

§. II.

Corporum adscititiorum, hydrargyrum exacuentium duplex genus.

Quicquid autem horum adscititiorum est corporum, stimulos mercurio subdentium (§. I.), id omne, si quid recte iudico, ad duo quaedam summa genera conuenientissime potest reduci. Alterum enim horum genus vires potissimum *physicas* hydrargyri partiumque corporis nostri, quibus attexendum intermiscendumque est illud, inprimis fluidarum, insigniter auget, iuatque praecipue eiusdem ad globulos sanguineos lymphaticosque aequae, ac ad vasculorum latera adhaesionem. Quo consilio omnes fere Chymiatrī, ex quo, medicamenta chemice componere, desit esse pudori, diuersi generis naturaeque salibus mercurium, medicinae functurum officio, armarunt (2). Alii, aliter sapien-

(2) Qua super re iidem concurio et medicamentis mercurialiterri scriptores, quos priori adnotatiuncula excitauimus, illisque vir itidem illustris atque celeberrimus, Praeceptorum meorum optincomparabilis, *Friedericus HOFFMANNUS* in *Dissertatione de mercurio et medicamentis mercurialibus selectis*, Halae, 1700, et *Andreas Elias BUCHNER* in *Dissertatione de medicamentorum mer-*

fapientes, eundem inflammabilibus cuiuscunque fere generis corpusculis, verbi gratia, sulphuribus, oleosis, pinguibus, resinosis, et id genus ceteris, velut implicuerunt, eidemque, cum nostri corporis partibus cohaesituro, nescio quam, eximiam opem ferre studuerunt. Quod quam recte conuenienterque fecerint, quamque prope remoteue a fine aberrauerint suo, expedire in praesenti meum non est (3).

§. III.

Continuata prioris argumenti expositio.

Alteri vero alienorum horum corporum, cum mercurio conjungendorum (§. II.), generi subiici oportet ea, quae concepto a venis mercurio, et progressui humorum motus ope dein ad arterias delato, renitentes *mechanicas* canalium, ceterarumque fabricae humanae partium solidarum irritabilium vires intensiores actuosioresque reddunt. Quod tametsi ipsa quoque

mercurialium, cum salibus paratorum, efficacitate, per adiunctum sulphur ad certos quosdam morbos magis accommodanda, ibidem, clolccciv.

(3) Si quis tamen iustum aequumque de his remediis latum iudicium desideret, cui et ego adfentio, eum adire oportet, praeter

HVNDERTMARKIVM, supra adnotat. (I) citatum, inprimis SAMUELEM THEODORUM QVELMALZIVM in *programme de hydrargyri viribus a sulphure in humano corpore suspensis*, Lipsiae, clolcccxviii. et IOANNEM FRIDERICUM CARTHEVSERVM in *Dissertatione de cinnabaris inertia medica*, Francofurti ad Viadr. clolcccxlvi.

que illa falia, quae modo (§. cit.) excitauimus, acutioribus suis stimulis efficacissime peragunt, sunt tamen, praeter haec, complura adhuc, a quibus dicta haec virtus etiam neutiquam est aliena. Quippe huc pertinent qualiacunque irritabilitatis, quam natura quibusdam corporis humani partibus singulariter indidit, incitamenta, tam extrinsecus applicata, quam intrinsecus illata; quae singula ex immortalibus illustris HALLERI, aliorumque ab eo aut eruditorum instructorumque, aut saltem excitatorum, clarissimorum virorum commentariis (4) neminem fugere oportet. Eo itaque nomine huc refero partim, quaecunque leni solummodo atque proportionata, et tantum non vehementiori adstringendi facultate praedita sunt remedia, verbi causa, terras quasdam calcesque metallorum stypticas bene circumspicteque praeparatas, aut quomodocunque correctas, partim motus corporis nonnihil auctos, frictiones, electrificationem (5), cetera.

§. IV.

(4) Sufficiat ex magno, qui 114. seq. porro Ioannem Geornunc hac in re curate laborarunt, gium ZIMMERMANNVM in Disnumero scriptorum praecipuos sal- fertat. de irritabilitate, Göttingae, tem quosdam excitasse. Huc er- cloccelli et Georgium Chriff. go refero ante omnes ipsum illu- OEDERVVM in Dissert. de irritabi- strem Albertum de HALLER in litate, Hafniae, cloccelli. Commentar. Academ. regiae Göttin- (5) Singulare huius rei exem- genf. Tom. II. Class. Phylie. pag. plum quondam ipse vidi, quum

B

ad-

§. IV.

Cui generi martialia subsunt, et quomodo agant?

Ex his disputatis (§. II. III.) haud difficulter intellectum iri, arbitror, vtri horum corporum, quibus interpolari commodissime potest mercurius, generi martialia sint subicienda, et quaenam mixtae sic atque coniunctae medicinae virtus sit vindicanda. Quum vero, quae aliunde sine damno opportune peti possunt, breuitatis studio hic strictim tantummodo dici oporteat, satis erit, ex Therapeuticis institutio-

adhuc anno 1800 ccccxlviij. experimentis electricis operam darem. Iuuenis quidam viginti duo annos circiter natus, temperamentis cholericis, habitusque corporis siccioris, ab impuro coitu forte fortuna miasma venereum tanta conceperat copia, vt perfectus euaderet syphiliticus. Huic malo depellendo rogauit opem imperitoris cuiusdam chirurgi; a quo inconcinna ratione in hydrargyrosin male succedentem coniectus, multisque circa loca salialia doloribus tumoribusque vexatus, ad me demum accessit, precatus, ipsum ex hoc nouo veterique malo expedire atque liberare vt velim. Compellauit vero me forte, quum ele-

ctricationi vacarem. Inspecito ore vidi ipsa ductus Stenoniani oscula valde praetumida et velut pendula, fauces vero ad hoc siccas et tenaci tantummodo pituita obductas. Incessit autem ipsum cupido, vt electrico imponeretur scamno, materiaque electrica perfunderetur. Annii his votis eundemque per horam fere electricum feci. Altero die aduocabar, certiorque ex eo siebam, ipsum illa nocte sua sponte largam sustinuisse saluationem, qui tamen nullo adhuc remedio esset vsus. Vnde huius phaenomeni causam in admissam praeterito die electricationem deferre haud dubitauit; quod alia veri similior ratio hic saltem non erueretur.

tionibus generalibus (6) hic adduxisse, quod cuius medicinae, ex marte deductae, attribuenda sit virtus, solidas corporis humani partes, vario pro praeparationis diuersitate gradu, adstringendi, adeoque vitales earundem motus lenius fortiusue irritandi. Ex quo apparet, martialia ad id additamentorum, mercurio interpolandorum, pertinere genus, quod posteriori descripsimus loco (§. III.).

§. V.

Martis cum mercurio coniunctio varia generatim.

Bonae autem medendi methodi interest, vt haec a martialibus profecta irritatio (§. IV.) eidem sit proportionata, quae a mercurio singulariter dependet. Proinde variis componendi modis opus est. Quae mixtionis compositionisque diuersitas, cum ex ipsa praeparationis ratione, tum ex mercurii martisque, singulatim spectatorum, varia ante nouam hanc mixtionem constitutione atque confectione aestimari debet. Si ad compositionis methodum attendatur, aut simplex

(6) Speciatim, si lubet, con- ratio de marte Regiomonte, ferri quoque possent Ioannis Sigis- clolcccviii. Lucae DARASCEN- mundi HENNINGERI Dissertatio TII Tractatus de usu chalybis atque de medicamentis martialibus, Ar- mercurii in obstructione, Romae, gentorati, clolcccv. Melchio- clolcccxl; vt plures alios si- ris Philippi HARTMANNI Differ- lentio praetermittamus.

plex mixtio, aut alia quaedam per menstrua vel ignem perficienda operosior praeparatio adhibetur. Si vero ipsos mercurium et martem coniungendos spectes, uterque ipsorum aut simplex vel saltem simplex quoddam eorundem praeparatum, aut compositus et alienis particulis imbutus, ad praedictos impendi potest usus (7).

§. VI.

(7) Haud ingratum fore lectoribus, reor, legere hic quaedam, quae ad qualiscunque huius remedii inuentionem pertinent atque auctoritatem. Scilicet quod ego ipsemet in huiusmodi medicinae, ex marte atque mercurio commixtae, usum inciderem, fortuitus tantummodo effecit casus: licet alio ex sine illustrem quondam *Friedericum* HOFFMANNVM martialia quoque mercurialibus coniunxisse nossem; de quo infra dicam. Anno 1705. foeminae cuidam, viginti sex annos natae, quae ex furtiua impuraque Venere scabiem sibi comparauerat venereum, suppressio per intempestiua repellentia atque adstringentia, ea, qua criminis admissi rea facta erat, parte, fluore albo, maligno, medellam adhibiturus, inter alia, quae fatis nota sunt, congrua medicamenta antiuenerica et haematocathartica, obtuli quoque puluerem, ex Medicorum Edinburgensium consilio, ex calomelitos, hoc est, mercurii dulcis optime praeparati drachma dimidia, et sulphuris antimoni aurati serupulo vno mixtum; atque in decem partes diuisum: quod eo confidentius instituebam, quo pluribus iam experimentis similia exempla practantissimum huiusmodi pulueris usum mihi demonstrarant. Accidit vero, vt, quum ipse semel in componendo commiscendoque hoc puluere occupatus essem, vesperique, dum colorum longe minor erat distinctio, id instituerem, loco sulphuris antimonalis aurati aliud proximum arriperem vitrum crocei martis antimoniato aperitiuo refertum et hoc, quicquid est remedii, mercurio dulci permiscerem. Septem autem integris diebus post, siunctum adhuc a reliquis vitris medicamentariis illud, quod cro-

§. VI.

Marcialium, mercurialibus nuptorum, specimina
singulatim.

Simplici vero mercurio cum simplex ferrum cha-
lybsue nec adhaereat, nec eidem permisceri se patia-
tur *b)*, de simplicissima quoque hac mixtione medicum

B 3

ne

b) Conf. celeberrimus Rudolphus Augustinus VOGELIUS in Insti-
tutionibus Chemiae, Cap. XXVII. §. 804. pag. 392. editionis
nouissimae.

eum istum continebat, videns, agnoui demum commissum erro-
rem, extimique valde, veritus, ne quid mali euentus exinde in
aegrotam redundarit. Inter hoc
autem temporis interuallum retule-
rat mihi aegra, scabiosas pustulas,
hinc inde maxime prurientes, si-
mulque acri sanie madidas, coe-
pisse sicari, et minorem quoque
tolerabilioremque esse prurium in-
de antea oborientem; simul vero
interea accessisse denuo pristinum
fluorem album, muliebria haud
perfunctorie irrorantem. Insigni-
ter lactatus de tam felici fortuitae
medicinae Iessetu, eiusdem vsum
amplius protrahere constitui, in-
terpositique subinde laxantia, non
neglectis reliquis sanguinem depu-
rantibus antiuenerisique. Nec de-

inde habui, cur me huius consilii
poeniteret. Quippe hac ipsa me-
thodo, trium circiter hebdomadam
spatio, absolute perfanata est mu-
lier; binisque annis post, quum
denuo,

Furtiua carpens dona libidinis,

Satis furtivo condidit inguine,

Quoscumque subtili Cythere

Miscuerat latice veneno,

eadem medicina conspurcatae vul-
nae obtinuit depurationem perfa-
nationemque. Atqui sic amplio-
rem huiusce remedii vsum tacite
meditatus, eodem alios quoque
morbos impugnare nox infructuo-
se coepi, vt deinde dicam, simul-
que aliarum eiusmodi medicamen-
ta componendi rationum periculum
fecit. Contigit vero, elapso circi-
ter nunc anno, vt occasionem nan-
ciscer-

ne cogitare quidem oportet (§. V.). Interim sunt aliae quaedam simplices huiusmodi methodi, quibus medicamenta quaedam, ex utraque ista metallica materiae praeparata, commisceri, simulque in medicos usus impendi possunt; quas nunc figillatim integra fide, prout mihi per repetita experimenta cognitae comprobataeque sunt, simplici planoque sermone recensere. Verum enim vero aliud ex his genus *mediate* tantum, quod vulgo dicitur, aliud *immediate* mercurialia martialibus permiscet. *Prioris* generis eae sunt rationes, quibus mercurialia et martialia separatim aegrotantibus offeruntur, ita tamen, ut amborum alternet usus, et producti inde effectus in ipso corpore humano semet inuicem excipiant adiuentque. Qua
ex

escerer, cum illustri excellentissimo favore meum summa animi obmoque viro, *Philippo Adolpho* BOEHMERO, Praeceptore meo spiciendum, huius generis remedio per plures iam annos familiariter, non sine magno aegrotantium virtute medica, praecium emolumento, esse usus. praeferente, sermones conferendi doctos; cum, inter alia, ut solet, prudentissime monita, mentionem quoque iniiceret martialium, ad euehendam mercurialium vim adiungendorum, simulque adfereret, se non solum, sed etiam illustrem generosumque virum, *Davidem Sanuelem* MADAI, itidem fauorem meum summa animi obferuantia deditissimoque cultu spiciendum, huius generis remedio per plures iam annos familiariter, non sine magno aegrotantium virtute medica, praecium emolumento, esse usus. Quantum inde de tantorum in practica medicina virorum auctoritate, domestico meo et insolentia, ut putarem, remedio apud me ipsum conciliata, gauisus sim, satis exponere nequeo. Ceterum haec notitia effecit, ut eo confidentiori animo istorum medicamentorum usum frequentarem.

ex classe sequens accipitote specimen I, lectores (8). Nempe vsus subinde mercurio sublimato corrosiuo, ad *Swietenianam* aut *Sanchezianam* methodum practicis commodis opportuno facto *c*), cuius definitam portunculam aegrotantibus, cubitum ituris, hauriendam propinabam, saepenumero interposui, cum praescripto simul regimine diaphnoico temperatissimo, sequentis formulae puluerem martiatum: Recipe matris perlarum citratae, drachmas duas, antimonii diaphoretici drachmam vnam, croci martis antimoniatu STAHLII semidrachmam, sulphuris aurati antimonii scrupulum dimidium, M. F. puluis, diuidatus in decem partes aequales, detur.

§. VII.

Eorundem specimen secundum.

Verum enim vero accidit etiam interdum, sed paullo rarius, vt sub praedictae (§. VI.) medicinae *Swietenianae* vsu alius non satis rite officio responderet

c) Videatur, verbi causa, Illustris Andreas Elias BÜCHNERVS in Dissertatione de mercurii sublimati corrosiuo vsu medico interno, Halae, cl. 1768. qui et plura hac de re scripta ibidem excitauit.

(8) Vt commodior altero Capite horum diuersorum remediorum, ordinis, quo recensita hic sunt esse possit excitatio, consulant, indicem.

ret suo, iustoque esset adstrictior; quem euentum in hypochondriacis potissimum hystericeisque corporibus deprehendi. Tum II. seposui ante (§. cit.) memoratum puluerem, et martiale remedium lenioribus laxantibus gummatibusque temperatoris ingenii resoluentibus superaddidi, sequentem, verbi causa, ad rationem: Recipe extracti aloës perfecte gummosi et aqua frigida parati drachmam vnā, croci martis antimoniati STAHLII semiscrupulum, M. F. I. a. pilulae, pondere grani vnus, D. S. mane numero octo nouemque sumendae: vel Recipe extracti rhabarbari, aloës gummosi ana drachmam dimidiam, gummi ammoniaci in aceto scillitico soluti, galbani ana scrupulum vnum, limaturae martis optime praeparatae, scrupulum semissem, essentiae succini q. s. M. F. I. a. pilulae, pondere grani vnus, D. S. eodem, vt priores, tempore, numero quindecim sedecimue deglutiendae. Quid? quod, vtriusque huius formulae loco, saepius quotidie semel bisue horis ante meridiem adsumi iussi quinque vel sex pilularum aperientium, siue, vt vulgo audiunt, contra obstructions, *Stablianarum* vel *Iunckerianarum* d).

§. VIII.

d) Videſis descriptiones in Dispensatorio Brandenburgico, pag. us. edit. Erfurt. cl. 1727. et in viri longe lateque celeberrimi, venerabilis senis, meique Praeceptoris aeterna obseruatione

§. VIII.

Specimen tertium.

Neque demum III. prorsus alienus fuit tinctura-
rum quarundam martialium vsus, methodo interpositus
Swietenianae (§. VI.), siue simplices, siue aliis idoneis
remediis commixtae adhiberentur. Potior conuenien-
tiorque earundem applicatio tum fuit, quando subinde
praedicti medicamenti mercurialis vsui, a diaetae regi-
minisque erroribus forte commissis, grauiores super-
venirent spasmi abdominales, cardialgici colicique, aut
ipsae profusiores diarrhoeae. In utroque hoc statu
seponi per aliquot dies mixturam, e mercurio subli-
mato paratam, curavi, et ter aut quater per diem
adhiberi iussi aut, si modo spasmi aegrotantibus essent
infesti, simplicem tincturam vitrioli martis *Ludouicia-*
nam, pomatam, maluaticam, vel sequenti compositam
formula: Recipe tincturae vitrioli martis *LYDOVICI*,
essentiae corticis cascarillae, fructuum aurantium im-
maturorum, millefolii (9), ana drachmam vnam, M.
D. S.

ria colendi, nuper Academiae nostrae orbique literario erepti, Io-
annis IVNKERI conspectu formularum medicarum, Tabul. III.
Num. 12. pag. 33.

(9) In essentiae millefolii lo- micae ab iis, qui parandae eius-
cum commode quoque, eadem dosi, dem accuratam habent notitiam.
substitui potest essentia nucis vo-

C

D. S. ad guttulas triginta vel triginta quinque singulis dosibus fumenda; aut, si diarrhoeae potius vgerent, aegrosque vexarent, hanc formulam: Recipe tincturae martis maluaticae, vel pomatae, vel cum arcano tartari paratae, liquoris terrae foliatae tartari ana drachmas duas, extracti rhabarbari semidrachmam, M. soluta leni digestionem F. Elixirium, D. S. ter quaterue in die ad guttas triginta vel quadraginta adfumendum, subiunctis vesperi, alternis diebus, pilulis balsamicis siue polychrestis rite praeparatis. Repetito dein mercurii sublimati vsui per aliquot adhuc dies opportunissime binae huius elixirii doses quotidie interpolantur.

§. IX.

Specimen quartum.

Ad easdem, quas modo exposui (§. VI. VIII.), diuersae methodi leges saepenumero quoque ante dicta isthaec martialia reliquorum medicamentorum, ex hydrargyro praeparatorum, praecipue mercurii dulcis, vsui, non sine felici laetabilique euentu, interposui et singulariter hoc consilio IV. ex formulis mercurialibus, quae martialibus interpolaram, vsus sum *pulvere purificante Stabliano e)* aut *resolvente Lunckeriano* sequentis prae-

e) Confer Dispensatorium Brandenburgicum pag. 54. edit. citat.

praescriptionis f): Recipe Concharum praeparatarum drachmas duas, mercurii dulcis optime praeparati grana viginti quatuor ad triginta sex, M. F. puluis, diuidatur in duodecim partes aequales, D. S. vesperi, singulis vel alternis diebus, vna dosis cubitum euntibus offerenda; aut denique huius formulae puluere (10): Recipe millepedum praeparatorum drachmas duas, mercurii dulcis scrupulum vnum vel drachmam dimidiam, M. F. puluis, diuidatur, et D. S. vt prior puluis. Neque tamen, prout morbi postulabat conditio indolesque, addere omisi reliqua, quae resoluentem harum formularum vim adiuuant, medicamenta; verbi causa, decocta et infusa resoluentia, mixturas eiusdem efficaciae concentratas, pilulas euacuantes, et cetera.

§. X.

Specimen quintum.

Longe vero frequentius mercurium dulcem (§.IX.), et quidquid adhuc est mercurialis medicinae, nec ineffi-

C 2 cakis,

f) Illustris Ioannes IVNCKERVS in formulari specialissimo manuscripto; cui conferri quoque potest Hieronymus LVDOLFVS in Dissertatione de Gonorrhoea, Erfordiae c1700CLLI foras data, §. XXV.

(10) Hanc ad normam compo- praestantissimum accommodatissimorum puluerum, mercurialium mumque vsum, siue ptyalissimum spe-

cacis, nec etiam vehementis, immo arrodentis, *immediate*, quod vulgo vocant, cum martialibus coniunxi. Quo altero horum remediorum genere (§. VI.) plures, tam simpliciores, quam compositae magis comprehenduntur formulae, quibus subinde, efficacissimo cum successu, familiariter sum usus. Eas autem praesentium remediorum formulas *simplicium* nomine insignio, ad quas componendas, praeter simplex quoddam mercuriale atque martiale praeparatum, nihil aliud remedium, a quo efficax quaedam eminensque expectari possit virtus, accedit. En! igitur V. *simplicium* huiusmodi formularum specimina sequentia (II): Recipe mercurii dulcis alcoholisati, matris perlarum praeparatae ana drachmas duas, croci martis antimoniati STAHLII scrupulos duo, M. F. pulvis, diuidatur in quinquaginta sex partes aequales, D. S. vt priores (§. IX.): aut Recipe croci martis antimoniati STAHLII vnciam dimidiam, mercurii dulcis, in tenerrimum pollicem redacti drachmam vnam, M. F. pulvis, diuidatur in triginta partes aequales; D. S. mane vesperique

spectaueris monendum, siue simplicem sine hydrargyrosi intenderis resolutionem, luculenter expositum habes in *Commercio litterario Noribergensi*, Anno I. pag. 412. et in *Actis physico-medici Acad. nat. suriofor.* Vol. I. pag. 58.

(II) Huius inprimis generis formulis illustres isti ambo viri, quos supra adnotat. (7) honoris causa excitauit, familiariter vtuntur; sicuti ab eorundem altero, excellentissimo nempe *Philippo Adolpho BOEHMERO*, accepi relatum.

que, singulis diebus, vna dosis adfumenda. Aut, si pilularum arriserit forma, Recipe succi liquiritiae Hispanicae drachmam vnam, alterutrius pulueris prioris drachmam dimidiam, M. F. l. a. pilulae, pondere grani vnus, D. S. si prior fuerit puluis, vesperi numero viginti adfumendae; si posterior, mane vesperique triginta pilulae deglutiendae. Monitos tamen esse oportet lectores, et hic requiri, vt, pro diuersa morbi valetudinisque constitutione, reliqua diluentia, resoluentia, euacuantia, et id genus alia, quae modo attigimus, (§. VI-IX.), adiumenti loco interponantur.

§. XI.

Specimen sextum.

At magis *compositae* huius classis formulae (§. X.), praeter martialis mercurialisque (12) profapiae medicamenta, recipiunt nonnulla alia corpora medicamentosa, quae aut adiuuantis, aut, quod veteres appellarunt, dirigentis vice funguntur. Quo nomine praecipue commendabilis esse potest vsus tam inter remedia, non ex ipso mercurio deducta, sed eidem tantummodo, iam salibus armato, adiungenda, sulphurum me-

(12) Scilicet ea tantummodo quis referimus mercurium dulcem, mercurialia hoc loco intellecta volumus, quae congrua methodo facta sunt armata; quo praereferimus panaceam mercurialem, etc. Quod ideo monendum existimaui, vt alienam mihi adfin-

metallicorum (13), millepedum, lumbricorumque terrestrium praeparatorum, et ceterorum; quam ex praeparatis mercurialibus eorum, quae vel ex salino-sulphureo-mercurialibus, vel ex sulphureo-femimetallico-mercurialibus, particulis sunt conflata: verbi causa, ex istis mercurius diaphoreticus ASTRUCII (14), ex his

adfringendi sententiam, et huc forsitan ea referendi remedia mercurialia, quae a simplici sulphure inertia redduntur, e. gr. cinnabarim, aethiopicamque mineralem.

(13) Quam eximie convenienterque sulphura metallorum mercurialibus iungi possint, locupletissime demonstravit Vir illustris *Audreas Elias BÜCHNER*, in ea Dissertatione, quam adnotatione (2) excitauimus.

(14) Quum paullo magis, quam par est, huius praestantissimi remedii salino-sulphureo-mercurialis notitia sit ignobilis inter medicos salutarem facientes artem, eiusdem praeparandi descriptionem hic subicere, non alienum fore duxi. Exposuit eandem celeberrimus auctor, *Ioannes ASTRUC*, in *Libris sex de morbis veneris* in Libr. IV. Cap. XII. pag. 457. seq. edit. Parisiens. aut potius Basileensis,

closo cccxxxviii. sequentem in modum: *Recipe aethiopsis mineralis per deflagrationem parati q. v. adde aequale pondus salis ammoniaci, et una in pulverem contere. Massa in matratium vitreum indatur, cuius duae partes vacuae sint. Fiat sublimatio ex arte balneo arenae. Pars violacea a fecibus et crystallis pellucidioribus, quae superiora occupant, caute separatur, et seruetur in vase vitreo obturato. Constat illa mercurii praeparatio ex partibus tenuioribus aethiopsis mineralis, quae una cum integrantibus nonnullis salis ammoniaci atomis sublimatae sunt, unde virtus illius antiuenerica et diaphoretica. Efficax est ille mercurius, quoties virus venericum corrigendum est, liquefacienda lymphas spissior, ac diaphoresis promovenda sine ptyalismis periculo. Praescribitur a granis decem ad viginti, in bolis vel pilulis, et cetera mercurialia.*

his aethiopes antimoniales et auripigmentales (15). Sed formularum exempla rem illustrabunt. Siftam igitur VI. sequentia: Recipe pulueris resoluentis *Iunckeriani* (§. IX.) drachmam vnam, croci martis antimoniati STAHLII, sulphuris antimonii aurati vltimae praecipitationis, ana scrupulum vnum, M. F. puluis, diuidatur in decem part. aequal. D. S. vesperi, et, si conditio morbi requirere videatur, mane quoque vna dosis exhibenda; vel Recipe lumbricorum terrestrium praeparatorum drachmam vnam, panaceae mercurialis, croci martis saepius iam memorati, alkermes mineralis ana drachmam dimidiam, M. F. puluis, diuidatur in viginti part. aequal. D. S. vt prior puluis; vel Recipe panaceae mercurialis drachmam vnam, croci martis praedicti aut limaturae martis in tenerrimum puluerem redacti scrupulos duo, sulphuris auripigmenti correcti, siue ex tinctura praecipitati g) semidrachmam, M. F. cum mucilagine gummi tragacanth. l. a. pilulae, pondere grani vnus, D. S. vesperi numero quinque vel sex deglutiendae.

§. XII.

g) *Confer illustris Andreae Eliae BÜCHNERI Dissertationem de medicamentorum ex auripigmento praeparatorum praestantissimo vsu medico, §. X. et meam de aethiops antimoniati et auripigmentali, §. VIII.*

(15) Admodum nuper hos demque, et conficiendorum, et ad ipsos disputavi aethiopes, eorum hibendorum, descripsi rationes in
Disf.

§. XII.

Specimen septimum.

Porro nec inopportunos martialium ad reliqua praeparata mercurialia (§. XI.), etiamsi mercurium dulcem, panaceam mercurialem, et id genus alia exceperis, est accessus. Namque VII. ex salino-sulphureorum mercurialium classe saepenumero mirificam mercurii diaphoretici *Astruciani*, sequentibus formularum modis comprehensi, expertus sum efficacitatem, Recipe mercurii diaphoretici sesquidrachmam, croci martis antimoniatum, millepedum praeparatorum ana drachmam dimidiam, M. F. pulvis, diuidatur in decem part. aequal. D. S. vt priores pulueres (§. cir.); vel Recipe panaceae mercurialis, sulphuris auripigmenti correcti (§. cir.), limaturae martis alcoholifatae, ana scrupulum vnum, mercurii diaphoretici *Astruciani* duo scrupulos, extracti scordii drachmas duas, M. F. cum essent. fuccini q. f. l. a. pilulae, pondere grani vnus, D. S. vesperi numero viginti duo ad triginta adsumendae.

§. XIII.

Specimen octauum.

Denique etiam propositi interest, vt remediorum mercurialium sulphureo-regulinorum (§. XI.), marte

exa-
Dissertatione de aethiopsis antimo- *di adhibendique rationibus, hic ven-*
nialis et auripigmentalis conscien- *tilata.*

exactorum singularem iniiciam mentionem, formularumque exemplis illustrem. Quippe tum mercurius duplex actionis suae nanciscitur incitamentum, alterum ex regulina antimonii auripigmentive parte, alterum a martiali croco admissum; a quo resoluens illius potissimum virtus mirifica capit incrementa. Ergo VIII. formularum specimina haec sunt: Recipe aethiopis antimonialis ex Kermes minerali parati *b*), croci martis antimoniatu STÄHLII, pulueris corticis cinnamomi, sacchari candi puluerisati ana drachmam vnam, M. F. puluis, diuidatur in triginta part. aequales, D. S. vt priores (§. XI. XII.) pulueres (16); vel Recipe aethiopis auripigmentalis, ex sulphure tincturae praecipitato parati *i*), scrupulos duo, mercurii dulcis optime praeparati scrupulum vnum, limaturae martis alcoholisatae grana sedecim, extracti fumariae, resinae ligni guaiaci puluerisatae ana drachmam dimidiam, M. cum essentia succini q. f. F. I. a. pilulae, pondere grani vnus, adspargantur semine lycopodii, D. S. vesperi numero quindecim adsumendae.

§. XIV.

b) Confer modo citat. Dissert. s. VI. *i*) Ibidem. §. VIII.

(16) Iam descriptam inuenietis auripigmentali citatae §. XVI. not. hanc formulam, lectores, in Dissert. (33) in fine. *fortat. de aethiopo antimoniali et*

D

§. XIV.

Specimen novum.

Postremo quoque haec inter specimina martialium, mercurialibus nuptorum (§. VI-XIII), haud infimum occupat locum IX. *famosissimus pulvis antiquarzanarius* HOFFMANNI *k*), sic enim vulgo dicitur: qui immediatae quidem, quam vocauimus, mixtionis, sed diffusioris quoque et nostris magis compositae formulae exemplum, definitaeque virtutis medicamentum sistit. Duplici vero hunc puluerem ipse illustris FRIDERICVS HOFFMANNVS passim *l*) descripsit modo; cuius vtriusque haec est formula: Recipe corticis chinae drachmas tres, reguli antimonii medicinalis drachmas duas, mercurii dulcis, croci martis tenuissimi, arcani duplicati ana drachmam vnam, olei destillati menthae guttulas quatuor, M. F. pulvis, cuius drachma dimidia aut vna cum roob sambuci et iulepo rosarum in electuarii formam redacta, mane et vesperi adsumi potest; vel Recipe limaturae martis praeparatae drachmam vnam, pulueris corticis chinae sesquidrachmam, mercurii dulcis, salis absinthii, arcani duplicati ana semidrachmam, laudani opii granum vnum cum semisse vel duo, M. F. pulvis, diuidatur in sex part. aequal. D. S. vt prior. Quatenam vero in praeparando

k) Videtur notata (7). *l*) Evoluuntur scripta illustris Frederici HOFFMANNI ad adnotat. (17) excitata.

do adseruandoque hoc puluere cautiones sint adhibendae, superuacaneum foret hic admonere, quum notissimae sint hac de medicina ortae disceptationes (17).

§. XV.

Specimen vltimum.

Supereft, vt alterum summum huius modi remedium genus, nempe illud, quo martiales mercurialesque particulae operosiori methodo, per menstrua ignemque, intime vniuntur (§. V.), breuissime attingamus. Enimvero paucis hic tantummodo verbis opus est. Rariora enim huius classis inter medicos esse solent medicamenta, et si qua sunt, vt vere sunt (18), in arcanis potissimum habentur. Hac ergo de causa recensendis his speciminibus non amplius immorabi-

D 2 mur

(17) Descriptus est huius pulueris praeparandi modus vsusque in ipsius Auctoris *Medicina systematica rationali*, Tom. IV. Part. I. Cap. II. cui deinde multis experimentis locupletiolem fecit fidem *Casparus PEZOLDUS in Observationum medico-chirurgicarum Observation. LXVIII.* pag. 142. contra quem deinde, sed admodum frivole, declamauit *Godofredus KLAUNIGIVS in Nosocomio charitatis*, pag. 80, seq. Sed denuo optimos huius pulueris effectus confirmauit *Ioannes Casparus*

ANHALT in Dissert. de casurariori febris quartanae duplicis cum hemierania feliciter curatae, Altorfii, clb^oCCXXIV. §. XXXVII.

(18) Mihi ipsimet innotuit singularis cuiusdam medicamenti praeparatio, quod ex particulis venereis, martialibus atque mercurialibus, intime arctissimeque, solutionis, destillationis, amalgamationis, atque sublimationis ope, coniunctis constat. De quo vero, alia forsitan occasione, plura sumus exposituri.

mur, ad exponendas eas, quibus haec remedia non infructuose opposui, corporis humani aegritudines nunc progressuri.

CAPVT ALTERVM

DE

POTIORIBVS MORBIS, QVIBVS MEDICAMENTA E MARTE ET MERCVRIO COMPOSITA COMMODE PROPONVNTVR.

§. XVI.

Mercurialium, martialibus nuptorum, vires generatim.

Ego vero potiores hos morbos, qui mihi ante expositis remediis (§. VI-XV.) optime obtemperare sunt visi, breuiter enarraturus, ante omnia praemoneri oportere existimo lectores, velint eas meminisse virtutes, quas mercurialibus medicamentis melioris notae legitimeque praeparatis generatim Therapia adiudicat generalis *m*). Exinde igitur ipsos ignorare haud decet, his ipsis medicinis efficacitatem inesse, spissos et viscida impuritate refertos corporis humani humores resoluendi, duplici inprimis ex fonte deductam: cum quod ipsis fluidis adhaerent, et in intersitia eorundem

m) Videantur scriptores in adnotationibus (1) et (2) excitati.

dem penetrant (§. II.), tum quod irritabiles vasorum, quibus fluida vehuntur, tunicas ad vegetiorem contractionem stimulant, earumque adeo nisum atque imperium in humores augent (§. III.). Atqui vero hunc postremum agendi modum, vti iam suo exposuimus loco (§. IV.), martialium cum mercurialibus coniunctio longe faciliorem auctioremque reddit, eoque nomine hoc medicamentorum genus in efficacissimorum praestantissimorumque *resoluentium* classem refert; siue teneriorem glandularum compagem, quomocunque obstructam, denuo expedire atque reserare velis, siue cetera vascula colatoria atque excretoria minima cuius libet generis ad promptiores expeditioesque excretiones incitare intendas. Interest tamen medentis, vt, quando singulari quadam excretionem adiuuanda promouendaque opus est, medicinae, eandem mouentis, quidquam adiungat, dirigentis vice functurum (19).

§. XVII.

Prædictorum remedium usus, speciatim primo in morbis venericis.

Quicumque igitur Therapiae, tam generalis, quam specialis, doctrinam perfecte sunt edocti, facile, si has spectauerint virtutes (§. XVI.), intelligent causas

D 3

cur

(19) Hoc consilio mox adiungi, si diaphoresis ratio esset habenda, metallorum sulphura; mox, si diuresis opus esset, millepedes aut lumbricos terrestres; mox, si aluinae excretioni augendae esset prospiciendum, conuenientia laxantia: de quibus specimina videbis §. VII. IX. XI.

cur ante commemorata medicamenta in sequentibus, quae nunc strictim enarrabo, morborum generibus haud poenitendos ediderint effectus. Agmen eorum ducant *venerei*, qui vulgo vocantur, *morbi*: in quibus, sicuti mercurialia generatim iam pridem classici velut remedii auctoritatem existimationemque sunt adepta, ita nostras quoque medicinas singulariter saepenumero eminentissimae deprehendimus virtutis. Praecipue vero accommodatissima tot tamque diuersis huius generis adfectibus debellandis octo priora horum medicamentorum specimina (§. VI. XIII.) nobis experientia comprobauit: sub quorum usu tamen, pro singulorum, quae superuenire solent, symptomatum diuersitate, varia adhuc alia, in peculiaris cuiusdam virtutis excitandae adminiculum, adiunximus diluentia, mundificantia, resoluentia, diapnoica, et cetera, ideo, quod alioquin in vulgus nota esse solent, hic nominatim non commemoranda. Praeter haec nec diuersorum horum medicamentorum mercurialium selectum negleximus, ad praecipuorum, quae maxime urgebant, symptomatum indolem attenti. Sive ergo tota, quantaquanta est, libidinosa haec lues aegrotantibus miseris incubuit, seque venereum

- per singula membra venereum

Insudit (n)

speci-

*) Marcellus Palingenius in *Zodiaco vitae humanae, in Virgine, Vers. 744.*

speciminibus horum remediorum vtebar primo (§. VI.) quarto (§. IX.), quinto (§. X.), sextoque (§. XI.), et subinde quoque ceteris rebus circumstantibus diapnoēn inprimis postulantibus, septimo octavoque (§. XII. XIII.); siue speciatim gonorrhoeae aut flori albo, vtrique maligno, medendum erat, quartum, quintum, septimum, octauumue specimen in vsus est impensum (20); siue bubones, glandularum saliuualium aut testiculorum tumores, aliique id genus adfectus fuerunt resoluendi discutiendique haud infrequens aequae, ac infructuosus priorum quinque speciminum (§. VI. X.) fuit vsus; siue denique vlcera sordida, ferpentia, atque carcinomatica, scabies venerea, aliaeque huius classis, corporis superficiem occupantis, aegritudines venereae aegrotum vexarunt, specimen sexto, septimo, octauoque (§. XI. XIII.) inter reliqua medicamenta non sine laetabili effectu praecipuus locus est concessus.

§. XVIII.

Secundo in adfectibus rheumaticis arthriticisque.

Porro nec exigua haec medicamina in rheumaticis arthriticisque adfectibus attulerunt opem, inprimis si simul medicus, cetera convenientia remedia adiuncturus atque interpositurus, ad primarias antecedentes

(20) Conferri hic possunt ea, quae in exemplum supra a nobis adnotatione (7) sunt disputata.

tes istorum morborum causas attenderet respiceretque. Proinde si quando eiusmodi intensior rheumaticus aut artus extorquens cruciatus retropulsis exanthematibus scabiosis aut inueterato ulceri cacoëthi intempestiue coalito et exsiccato (21) originem deberet suam, sequenti

(21) Liceat et hic discis exemplo quodam facere fidem. Adolecens quidam plebeiae sortis, forte scabiosus factus, ob inordinatum et vile vitae genus et innumerabiles rerum non naturalium peruersæ admissarum errores, isto exanthemate ultra quinque menses vexatus erat, cum huius mali demum pertaesus, post plurima in cassum adhibita medicamenta, vulgari isto, quod in pharmacopoliis existat, contra scabiem unguento haud parca se inunxit manu. Inde quidem mox scabie sua se leuatum sensit; haud vero ita multo post nouo miser implicitus est morbo. Quippe non solum in sinistra capitis parte, dextro brachio, eaque, qua eiusdem lateris scapula est, regione, ex continuo fere eoque exquisitissime dolente laborauit rheumatismo, verum etiam, vix dehinc praeterlapsis tribus hebdomadibus circa omnes fere, quibus praedictum inunxerat unguentum, articulos, vna cum intenso et velut intime rodente atque pungente dolore, leues quidem, sed admodum duros, concepit tumores. Hos inter cruciatus cum me compellasset, tam atrocis mali medelam postulans, praeter accuratum diaetae regiminisque genus ipsi imperatum, exhibui priorem speciminis octauæ puluerem (§. XIII.), singulis diebus vesperi adsumendum, et interponendum quotidie decoctum quoddam resoluens atque diaphoreticum curauit, subiunctis subinde per senos circiter octenosue dies pilulis, vt vulgo audiunt, catarrhalibus, hydrargyro dulci imbutis. Quibus rationibus intra trium hebdomadum interuallam penitus quicquid huius erat mali, expugnaui, hominemque istum dimisi sanum. Atque hic, dum arthriticos attingi dolores, temperare mihi non possum, quin, bona lestorum venia fretus, hac opportunitate utar, et *ἀνέκδοτον* quoddam magni *Hermanni Boerhaauy* consilium medicum, arthritico cuidam ante hos viginti quatuor annos

quenti potissimum vsus sum methodo: primo blandum quoddam laxans mercuriale adsumi, idemque subinde repeti

annos praescriptum, nunc primum publicem; quandoquidem illud nec in *Consultationibus medicis sive Sylloge epistolarum cum responsis Hermanni BOERHAAVE*, quas illustris *Albertus de HALLER* Goettingae anno 1710CCXLIV. prodire iussit, nec, quod sciam, alibi existat. Ipsum autem *αὐτὸβύβου* Boerhaavianum debeo acceptum viro longe humanissimo meique amatissimo, *Ioanni Casparo TROEGERO*, medicinae Doctori clarissimo et exercitiis medicis celeberrimo; qui simul aegrotantis, cui consuluit BOERHAAVIVS, curam gessit. Interest autem lectorum, ut, antequam ipsum legunt consilium, resciant, cuius generis indolisue iste fuerit morbus. Iuuenis quidam, illustri ex familia natus, octodecim, si recte memini, annorum, Halberstadii tum temporis degens, ex materna haereditate arthriticus, ex ischiatico inprimis malo pessime se habebat, cum forte, vesicae levandae causa nocte surrecturus, e lecto in illud ipsum concidit femur, quod ex articulari morbo maxime distorquebatur. Eo casu mox laesa pars

insigniter intumuit; successit abscessus latius serpens, viasque sibi a summo femore ad genu vsque quaerens; tandemque tria, nisi fallor, fistulosi vlcis ostia effecit, quorum vnum proximam ad genu partem occupabat. Quo rebelli in malo cum nihil vel prudentissima praesentium medicorum consilia valuissent, consultus sumus BOERHAAVIVS sequentia praescripsit:

Acris meditatio super malo descripto facit, ut metuum, tumorem materiae arthriticae circa coxam, et contusionem externam, simul infecisse ligamenta, periosteum, ipsum denique os, hancque originem tristissimi mali fuisse primam.

Credibile quoque videtur, cariosi ossis materiem, copia, et situ, iuxta decursum membranæ adiposae debilioris sinuosa fecisse, et sustinere, vlcera, quorum fistulae materiem deponunt deorsum depulsam, hincque ibidem vias sibi parasse, quibus se euacuet.

Semel parata haec via sensim disponet corpus, ut huc dimittat

E

mate-

repeti iussi; deinde infusum aut decoctum quoddam
 lignosum temperatissimum aut aliud quoddam resolu-
 uens

materiem minus repulsam, simulque labefactata vasa semper materiem corrumpent; donec tandem consumptione, motuque materiae, cellulosa fabrica destructa, anchylosis ad iuncturas, et concretio muscularum immobilis contingat. Quare conandum erit omni ope, vt vlcerosa labes sursum in scaturigine sua mundetur, materies ibidem fixa detergeatur, quod vtrumque vix obtinebitur, nisi apertura facta. Haec vero ita fiet optime, si vlcus ad inferiora compressum ligatura, nihil materiae demittens illo tempore, vnde haec sursum euecta turgentem facit locum, sectioni secure instituendae aptum. Si tum circa supremam mali partem detegitur locus affectus, et ille ibi depurari poterit, spes videtur sanationi. Nam inferiora ligando artificiose, lente, a superioribus sensim deorsum magis, magisque comprimendo, facile curari poterit.

Atque haec quidem vnica est via, qua itur in sanationem perfectam. Si vero non poterit admitti, parum tum certae spei residuum videtur. Tentari tamen

poterit, an, infectione salubri facta, queat depurari fundus viceris, et fistulosa eiusdem cauitas, simulque dein artificiosa ligatione emendari. Tum mane, et vespere, fieret infusio liquoris A tepere facti per siphonem a parte superiore deorsum; atque lenissima, et prudenti manuum appensione infusus liquor ita denique exprimeretur, vt depuraretur prorsus fundus, et sinus viceris; bene cauendo a nimia vi, bene curando, vt mundetur. Depuratione obtenta, consolidatio quaerenda tali situ et ligatura partis, quae materiem euacuae queat, hancque nouam renasci impediatur. Interim herbae purificantes sinuosas, summum vsum habent: quare simul proderit, ter in die, vacuo ventriculo, sorsbere quinque vncias de apozemate B. Sane periculum poterit fieri, an haec methodus iuuat? Id faxit Deus! Leydae 17 $\frac{3}{4}$ 36. H. Boerhaau. A. Re. Recent. alliariae, rutae, scordii aa Mj. cum aq. decoct. parum, per pannum pressi lb. ij. admisce alumin. purissimi ℥j. Sp. juniper. ℥j F. pro iniectione. B. Re. V rad. ap. aa ℥ij Sal. polychrest

uens quotidie ad mensuram saltem vnam imperavi hauriendam; subiuncto denique vesperi in singulos dies vnus ex sexto, septimo, octauoue specimine (§. XI-XIII.) medicamenti vsu, commendatoque regimine diapnoico exquisite seruando. Neque aliis medendi rationibus opus habui, sicubi forte ex venereo quodam adfectu male curato articulares morbi, vti saepius accidere solet, essent enati (22).

§. XIX.

Tertio in ceteris morbis, ab impura lymphâ aut serosa colluuiè oriundis.

Sed supersunt alii adhuc haud dissimilis generis (§. XVIII.) morbi, impurae spissataeque lymphae colluuièique serosae progenies; a quibus etiam modo exposita medendi ratio (§. cit.), ad easdem leges instituta atque ordinata, haud omnino aliena variis experimentis practicis a nobis est deprehensa: quos ideo, vt prouidi sumus angustissimi temporis dispensatores, nominatim tantum modo annotare liceat nobis, cuiusuis me-

E 2

dentis

chrest. 3j. Cum aq. decoct. spa-
tio $\frac{1}{4}$ horae adde; Agrimon. Beto-
nic. Cochlear. Meliss. Veronic. aa.
Mß. Ebulliant iterum parum, dein
ib. IV. decocti exhibe.

Hac medendi * methodo tantum
effectum est, vt inferiora coirent
vlcera, et superne vnicum modo
vleusculum, fonticuli instar, rema-
neret; a quo autem sic satis bene

se habuit aegrotus, vix ante duo
annos fato suo demum perfunctus.

(22) Qua de materie propo-
diem sollempniter disputaturus est
praenobilissimus clarissimusque hu-
ius dissertationis defensor atque

respondens in *Dissertatione inau-
gurali de Arthritide, incongrui
mercurialium vsus effectu*, proprio
ipsius Martæ conscripta, simulque
sine praesidio defendenda.

dentis iudicio conuenientem accommodatamque dictorum remediorum applicationem relicturis. Huc ergo referimus, cephalalgiam ferofam, grauedinem, coryzam, tussim humidam, catarrhosos in parotidibus glandulisque saliuualibus decubitus, otalgiam, ophthalmiamque, vtramque ferofam, et quidquid reliqui in his partibus est vitii, hoc ex fonte deriuati; porro infarctus vicerum abdominalium glandularumque per mesenterium disperfarum, immo scirrhus quoque earundem partium non admodum inueteratos et rebelles, oriundamque ex his atrophiam infantilem, vermesque intestinales plerumque coniunctos; omnes denique, qui exanthemate fixo et nequaquam acuto cutim defoedant, adfectus, verbi causa, scabiem, achores, tineam capitis, fergines, et ceteros.

§. XX.

Postremo in febribus nonnullis.

At omiffas videbis febres, beneuole lector; quasi remotior alieniorque ab iisdem nostrarum medicinarum fit vfus. Verum enim vero de febribus *catarrhalibus benignis* eadem omnino valent, quae modo (§. XIX.) de catarrhosis huiusmodi morborum metastasibus foluendis adferuimus, praefertim fi et temperatum tantummodo theeforme infufum interponatur, et ex nostro apparatu medicamentario eiusmodi feligatur

gatur remedium, quod simul aliquid complectitur, quo diapnoë quoque moueri potest: quo nomine specimen sextum (§. XI.) accommodatissima exhibebit medicamenta. Sed in *intermittentium* etiam cohorte adgredienda nostris remediis aliquid inesse efficacitatis atque virtutis, instar omnium testis esse potest luculentissimus pulvis antiquartanarius *Hoffmannianus* (§. XIV.); in cuius locum haud raro, Chinae cortice prorsus omisso, suffecimus quarti quintiue speciminis formulas (§. IX. X.), neque spe nostra atque expectatione sumus defraudati. Quidquid autem dicendorum restat, alii commodiori reseruabimus opportunitati: quamquam

Pars superat coepta, pars est exhausta, laboris;
Hic teneat nostras anchora iacta rates.

OVIDIVS.



E 3

PRAE-

V I R O
PRAENOBILISSIMO DOCTISSIMO
AMICORVM OPTIMO

S. P. D.

A. VVEN. M. C. OPP.

Videor forte TIBI, AMICORVM SVAVISSIME, officio meo potius esse satisfactorius, nihil omnino dissertationi TVAE adiciendo, quam leuissimis quibusdam literis augendo. Iure quidem ita iudicas: nam facile video, quidquid etiam scripsero, neque integerrimam, quae intime animos nostros coniunxit, amicitiam, neque usum, quem ex consuetudine TVA cepi maximum, neque tandem TVORVM meritorum praestantiam vlllo modo fore aequaturum. Nihil tamen minus mihi penitus tempero, quin litteras quasdam gratulatorias, quibus ad spectus, amici sincerrimi subinde memoriam reuocabis, adiungam. Neque quidquam TE ultra, O OPTIME! desideraturum scio. A laudatissimo enim quoque, cuius laudes magnum pondus habent, honorifice et grauius praedicatus, mea laude plane non indiges. Ipsa dissertationis huius strenua defensio eruditionis TVAE magnitudinem egregius sane laudibus celebrabit. Omnium enim masculae confutatis dubiorum argumentis, honorificam sane, quam crastino iterum die adhuc honorificentiorum es reportaturus, reportabis victoriam. Ipsa praeterea multorum

rum, atroci morborum tyrannide correptorum, reddita sa-
lus, quanta sit TIBI, in vincendis illis et profligandis,
vis et copia, breui diuulgabit. Verum enim vero, ut nume-
rus eorum, TVA IPSIVS opera in pristinam salutem resti-
tuendorum, eo maior euadat; summum, quod veneramur,
numen diu multumque TE incolumem esse sospitemque iu-
beat. Ceterum TIBI, VIR PRAENOBILISSIME! ex animo
felicissimum gratulor Stadii Academici decursum. Gratulor
TIBI insignes scientiae salutaris, quam indefessis consecutus
es laboribus, progressus. Ac denique gratulor amplissimos
in utraque medicina, iure TE maximo crastina luce con-
decoraturos, Doctoris honores. Vitam, viuas felicissimam
pariter atque in summam senectutem prorabendam in ma-
gnam artis salutaris augmentum atque decus, in splendi-
dissimum AMPLISSIMAE FAMILIAE TVAE gau-
dium simul et ornamentum, et denique in firmum,
morborum tormentis anctorum, solatium atque salutem. Va-
le, iterumque vale, meique memor viue longe fe-
licissime. Dab. Hal. d. XIV Calendar Ia-
nuar. 1666.



BAGLIUVS.

Selectis vti atque efficacibus medicamentis,
prudentem medicum oportet.


Halle, Med. Diss., 1759/60


ULB Halle

3

004 139 615







12

MARTIS
CVM
MERCURIO

CONIUNCTIONEM
VSIBVS PRACTICIS
COMMENDAT




PRAESES
PETRVS IMMANVEL HARTMANN,

MEDICINAE DOCTOR,
ACADEMIARVMQVE CAESAREAE NATVRAE CVRIOSORVM,
ET ELECTORALIS MOGVNTINO-ERFVRTENSIS SCIENTIARVM
VTILIVM SODALIS,

RESPONDENTE
CHRISTIANO EBERHARDO LOT,
WITMVNDA - FRISONE ORIENTALI.



D. XVIII. DECEMBR. A. R. S. clbcccclix



HALAE MAGDEBVRGICAE,
E TYPOGRAPHEO VESTERIANO.

